Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mecum. ut pficiscamur. & possim uiuere.
ne moriam nos & paruuli nri. Ego suscipio puerum. de manu mea require illum. Nisi reduxero et tradidero eum tibi. ero peccati reus ante omni tempe. Si non intercessisset dilatio. iam uice alta uemissemus.
.II. Qui israhel pater eorum dixit ad eos. Si sic necesse est. facite quod uultis. Sumite de optimis terre frugibus in uasis uris. & deferte uiro munera. modicum resine & mellis. & stiracis. & stactes. & terebinti. & amigdalarum. pecuniam quoque duplicem ferte uobiscum. & illam quam inuenistis in sacculis reportate. ne forte errore factum sit. Si; & fratrem urum tollite. & ite ad uirum. Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem. & remittat uobiscum fratrem urum quem tenet. & hunc benyamin. Ego autem quasi orbatus absque liberis ero.
.III. Tulerunt igitur uiri munera. & pecuniam duplicem. & benyamin. descenderunque in egyptum. & steterunt coram ioseph. Quos cum ille uidisset. & benyamin simul. precepit dispensatori domus suae dicens. Introduce uiros domum. & occide uictimas. & instrue cuncta. quoniam mecum sunt comesturi meridie. fecit ille sicut fuerat imperatum. & introduxit uiros domum. Illique extimuerunt. dixerunt mutuo.
Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nris inducti sumus. ut deuoluat in nos calumniam. & uolent subiciat seruitute. & nos. & asinos nros. Hev. a. Audite & intelligite tradiciones quas dominus dedit uobis. VIII. a. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. dicit dominus. Ad vesp. a. Non iouis manibus manducare non conquinat hominem. Fra. v. p.

Accedentes filii israel impsis foribus ad dispensatorem locuti sunt. Oramus domine ut nos audias. Iam ante descendimus ut emeremus escas. quibus emptis cum uenissemus ad diuersorium. aperuimus sacculos nros. et inuenimus pecuniam more solito. Quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed. & aliud argentum. ut emamus quae necessaria sunt. Non est nobis conscientia. qis eam imposuerit in marsupius nris.
.II. At ille respondit. Pax uobiscum. nolite timere. Deus uester & deus patris uri. dedit uobis thesauros in sacculis uris. Nam pecuniam quam dedistis mihi probata ego habeo. Et dixit eis ad eos symeon. & introduxit domum. attulit aquam. & lauerunt pedes suos. dedit quoque pabula asinis eorum. Illi uero parabant munera. donec ingrederetur ioseph meridie. audierant enim quod ibi comesturi essent panem.
.III. Qui ingressus est ioseph domum suam. obtulerunt eis munera tenentes in manibus. & adorauerunt prouinciam. At ille clementer resalutatis eis. interrogauit dicens. Saluus ne est pater uester senex de quo dixeratis mihi. Adhuc uiuit. Qui responderunt. Sospes est seruus tuus pater nr. adhuc uiuit. Et incuruati adorauerunt eum.